
PALAESTRA




1936 N. 10

INDEX RERUM.

IMPRESSUM IN TYPOGRAPHIA SCIENTIFICA, LEOPOLI, VIA ARMENIORUM 8
Editor: RICARDUS GANSZYNIEC, Leopoli, in Universitate Ioanneo-Casimirana
Moderatores: Bronislaus Ilkow et Ioannes Kołtowski, Leopoli, in Universitate

Palaestra prodit semel in mense, exceptis Iulio et Augusto. — Constat 35 grossis
Opłata pocztowa opłacona ryczałtem — Maj — PKO Warszawa 154.894.



PHILOMATHIS POLONIS S. P.

Philomathae Universitatis Leopolitanae chorum constituerunt, qui speciatim cantum Latinum colit et Graecum. In eius usum aliquot Polona verti carmina, ne omnino patrium carmen in tot variorum temporum populorumque cantionibus desideraretur. Huic ergo Philomatharum choro originem debent quae sequuntur carmina. Quae cum meis Philomathis placuerint, putavi et aliis probari: hanc ob rem ea prelo subicienda statui.

Cui versioni adiungo contextum Polonum ob duas potissimum rationes: 1. ut tironibus, quippe qui primos in linguâ Latinâ ediscendâ sistant gressus, pro commentario sit, 2. ut ceteris pateat, quo contextu sim usus, cum plurima carmina tantam verborum varietatem prae se ferant, ut vix duo exempla impressa secum omnino congruentia invenias. Converti autem carmina modo rhythmico, non

pro antiquorum more prosodiaco, vocaliumque consonantias aliaque sermonis ornamenta conservans, ita ut secundum notissimas melodias cantari possent. In convertendo optima medii aevi aemulatus sum exempla, inque primis duo praecepta studui religiose observare: 1. ut vocis accentus cum ictu rhythmico concinat, 2. ut evitetur vocalium concursus. In his me non semper felicem operi manum admovisse non sum inscius: at malui in his peccare, quam nimis ab exemplo Polono recedere. Ceterum in cantando genuina Romanorum elocutio quam exactissime est observanda (*natio*, non *nacjo; circum = kirkum*, non *cyrkum*).

Non primum me esse qui tales carminum Polonorum versiones susceperim, ab amicissimo mihi collega St. Krwawicz didici, qui qua est insigni in me comitate commodavit mihi libellum Casimiri Missona, *Śpiewniczek studencki* (Brzesko 1926), ubi editae sunt aliquae versiones, e. gr. *Deus, Poloniae qui per aeva multa, En Polonia non peribit, Ave o aurora Maii, O quam bellum pulchre fluit, Labuntur dies laeti* etc. variorum auctorum (Ioa. Gardziel, Ioa. Krolikiewicz, Cas. Missona). At Philomathas meos rogo et obnixe obtestor, ut campum hunc studiose colant et quae ludens coepi, felicius perficiant. Ita demum Latium inferemus Poloniae nostrae beatiusque inducemus aevum.

Valete! RICARDUS GANSZYNIEC

CARMINA POLONA

Hymn narodowy.

Boże, coś Polskę przez tak liczne wieki
Otaczał blaskiem potęgi i chwały,
Coś ją zasłaniał tarczą swej opieki
Od nieszczęść, które przygnębić ją miały.
  Przed Twe ołtarze zanosim błaganie
  Ojczyznę, wolność racz nam wrócić Panie!

Po odrodzeniu Polski:

  Przed Twe ołtarze zanosim błaganie:
  Ojczyznę, wolność zachowaj nam Panie!

Ty, coś ją potem, tknięty jej upadkiem
Wspierał walczącą za najświętszą sprawę
I chcąc świat cały mieć jej męstwa świadkiem,
Wśród samych nieszczęść pomnożył jej sławę.
  Przed Twe ołtarze *itd.*

Wróć naszej Polsce świetność starożytną,
Użyźniaj pola, spustoszałe łany:
Niech szczęście, pokój na zawsze zakwitną,
Przestań nas karać, Boże zagniewany!
  Przed Twe ołtarze *itd.*

Boże najświętszy, przez twe wielkie cudy
Oddalaj od nas klęski, mordy boju:
Połącz wolności węzłem Twoje ludy
Pod jednem berłem anioła pokoju.
  Przed Twe ołtarze *itd.*

ALOJZY FELIŃSKI

Hymnus Polonorum.

Deus, Polonos saeclis evolutis
roboris nimbo collustrans et laudis,
protegens eos clipeo salutis
ab omni strage, omni damno fraudis:
En supplicamus coram ara strati:
patriam redde nosque libertati!

Post libertatem recuperatam:

En coram ara strati supplicamus:
patriam fove liberam, oramus.

Nos sacrosanctam causam vi tutantes
Deus, fortunam miserans, iuvisti
et totus orbis stupuit pugnantes:
sic in adversis laude nos auxisti.
En coram ara *etc.*

Redde Polonis priscam claritatem,
agris et arvis benedic abunde!
Prospera pax hanc illustret aetatem —
cessent iam poenae, Deus iracunde!
En coram ara *etc.*

Deus ter sancte, admirande, muni
tuos a belli contage rapacis,
gentes fraternas liberas reduni
uno sub sceptro divi regis pacis!
En coram ara *etc.*

Auctore Aloysio Feliński (1815).

Pieśń poranna.

Kiedy ranne wstają zorze
Tobie ziemia, Tobie morze,
Tobie śpiewa żywioł wszelki,
Bądź pochwalon Boże wielki.

A człowiek, który bez miary
Obsypany Twemi dary,
Coś go stworzył i ocalił,
A czemużby Cię nie chwalił?

Ledwie oczy przetrzeć zdołam,
Wnet do mego Pana wołam,
Do mego Ojca na niebie,
I szukam Go wkoło siebie.

Wielu snem śmierci popadli,
Co się wczoraj spać pokładli;
My się jeszcze obudzili,
Byśmy Cię, Boże, chwalili.

FRANCISZEK KARPIŃSKI

Na Boże Narodzenie.

Gdy się Chrystus rodzi i na świat przychodzi
Ciemna noc w jasnościach promienistych brodzi,
Aniołowie się radują,
Pod niebiosy wyśpiewują:
Gloria, gloria, gloria in excelsis Deo!

Cantus matutinus.

Rutilante iam aurora
Tibi terra, maris ora,
omnis Tibi creatura
laudem, Deus, est latura.

Homo cur, quem infinitis
locupletas donis mitis,
quem creasti, redemisti,
laudi se subducat isti?

Sic recluso vix ocello
statim Dominum appello,
Deum Dominum in caelo,
quem requiro, quem anhelo.

Multi mortem obierunt,
Somnum heri qui ceperunt:
experrecti nos spiramus,
laudes Tibi ut dicamus.

Auctore Francisco Karpiński (1785).

In Christi natalem.

Nascitur cum Christus et mundo apparet,
caeca nox fulgore radiante claret.
Angeli in caelis visi
cantant hymnum paradisi:
Gloria, gloria, gloria in excelsis Deo.

Mówią do pasterzy, którzy trzód swych strzegli,
Aby do Betlejem czem prędzej pobiegli,
    Bo się narodził Zbawiciel,
    Wszego świata Odkupiciel. Gloria *itd.*

O niebieskie duchy i posłowie nieba,
Powiedzcież wyraźniej, co nam czynić trzeba
    Bo my nic nie pojmujemy,
    Ledwie od strachu żyjemy. Gloria *itd.*

Idźcie do Betlejem, gdzie Dziecię zrodzone,
W pieluszki powite, w żłobie położone
    Oddajcie Mu pokłon Boski,
    On osłodzi wasze troski. Gloria *itd.*

A gdy pastuszkowie wszystko zrozumieli,
Zaraz do Betlejem śpiesznie pobieżeli
    I tak zupełnie zastali,
    Jak im anieli zeznali. Gloria *itd.*

Stanąwszy na miejscu, pełni zadumienia,
Iż się Bóg tak zniżył do Swego stworzenia
    Padli przed Nim na kolana
    I uczcili swego Pana. Gloria *itd.*

Nakoniec, gdy pokłon Panu już oddali,
Z wielką wesołością do swych trzód wracali,
    Że się stali być godnymi
    Boga widzieć na tej ziemi. Gloria *itd.*

Pavidos pastores angeli hortantur,
Bethleem quamprimum ut proficiscantur:
  natus enim est salvator,
  mundi machinae creator. Gloria *etc.*

„Spiritus caelestes caelique legati,
Quidnam faciamus, nobis revelate!
  Imperiti nil pollemus,
  metu capti vix vigemus“. Gloria *etc.*

Bethleem adite, ubist infans natus
pannis involutus, stabulo locatus:
  Deum parvum adorate,
  per quem curae sunt levatae. Gloria *etc.*

Omnia pastores cum intellexerunt,
Bethleem confestim gressus direxerunt:
  Ita cuncta invenerunt,
  Angeli ut praedixerunt. Gloria *etc.*

Deum constupebant positum in mattis,
quod humiliavit sese pro creatis.
  Flexis genibus colebant
  Deum, vota persolvebant. Gloria *etc.*

Denique pastores postquam haec egerunt,
gaudio cum magno greges reviserunt
  ob honorem ipsis datum,
  cernerent quod Deum natum. Gloria *etc.*

Serdeczna Matko.

Serdeczna Matko, opiekunko ludzi,
Niech Cię płacz sierot do litości wzbudzi!
Wygnańcy Ewy do Ciebie wołamy,
Zlituj się, zlituj, niech się nie tułamy!

Do kogóż mamy wzdychać nędzne dziatki —
Tylko do Ciebie ukochanej Matki,
U której serce otwarte każdemu,
A osobliwie nędzą strapionemu!

Zasłużyliśmy, to prawda, przez złości,
By nas Bóg karał rózgą surowości:
Lecz kiedy Ojciec rozgniewany siecze,
Szczęśliwy, kto się do Matki uciecze.

Ty masz po sobie i Ojca i Syna —
Snadnie Go Twoja przejedna przyczyna:
Pokazawszy Mu piersi i wnętrzności,
Łatwo Go skłonisz, Matko łaskawości.

Dla Twego Serca wszystko Bóg uczyni,
Daruje plagi, choć człowiek zawini:
Jak Cię, cna Matko, nie kochać serdecznie,
Gdy się skryć możem pod Twój płaszcz bez-
[piecznie?

Ratuj nas, ratuj, Matko ukochana,
Zagniewanego gdy obaczysz Pana!
Mieczem przebite pokazuj Mu Serce,
Gdyć Syna na krzyż wbijali morderce.

In Mariam Auxiliatricem.

O dulcis Mater, hominum fomentum,
Te orphanorum moveat lamentum!
Patronam Evae exsules rogamus,
Misereat Te, vagi quod erramus.

Nam quam miselli opem imploremus,
Ni carae Matris, per quam nos vigemus?
Misericordem cuique sinum pandis,
Praesertim servis valde miserandis.

Promerebamur pro peccatis vere,
Ut castigaret Deus nos severe,
At quando pater vindicat iratus,
Ad matrem quisquis confugit, beatus.

En Tibi favet Pater, paret Natus,
Profecto preces nunquam aspernatur.
Ostendens mammas, benedictum ventrem,
Praestabis nobis Filium clementem.

In Tui grates Deus cuncta geret,
Condonat poenas, licet homo erret.
Quî hanc Parentem parum diligamus,
Cuius sub pallâ tuti occultamur?

Salva nos, salva, dulcis Mater, usque,
Iratum Deum videris cum iuste:
Et retege cor ense perforatum,
Crucifixerunt cum iniqui Natum.

Dla tych boleści, któreś wycierpiała,
Kiedyś pod krzyżem Syna Twego stała,
Bóg nam daruje, byśmy nie cierpieli,
Cośmy wytrzymać za złość naszą mieli.

A gdy ujdziemy tak gniewu, jak chłosty,
Pokaż nam, Matko, tor do nieba prosty:
Niechaj to Serce, z którego opieki
Dotąd żyjemy, kochamy na wieki.

ANTONIEWICZ S. I.

Pieśń majowa.

Chwalcie, łąki umajone,
Góry, doliny zielone,
Chwalcie, cieniste gaiki,
Źródła i ziemskie strumyki.

Co igra z morza falami,
W powietrzu buja skrzydłami,
Chwalcie z nami Panią świata,
Jej dłoń nasza wieniec splata.

Ona dzieł Boskich korona,
Nad anioły wywyższona,
Choć jest Panią nieba, ziemi,
Nie gardzi dary naszemi.

Wdzięcznem strumyki mruczeniem,
Ptaszęta słodkiem kwileniem,
I co czuję, i co żyje,
Niech z nami sławi Maryję!

Hos ob dolores, quotquot es perpessa,
Sub cruce Nati cum stetisti fessa,
Deus condonet, poenas ne pendamus,
Quas pro peccatis fas est ut luamus.

Effugiemus iram cum et poenam,
Iam caeli viam indica serenam,
Ut cor hoc, per quod hactenus spiramus,
In saeculorum saecla diligamus.
Auctore Iosepho Antoniewicz S. I. (1840).

Hymnus Maialis.

Praedicate, verna prata,
montes nemoraque grata,
valles, florida vireta,
fontes ac fluenta laeta.

Quicquid fluctu ludit maris,
aëraque secat alis,
canito Mariam bonam,
cui conteximus coronam.

Creatura haec est prima
angelorumque regina:
caelis, terrae dominatur,
dona sed non aspernatur.

Rivi murmur, blandus ventus,
dulcis avium concentus,
quidquid vivit ac movetur,
en Mariam moduletur!

Chorał.

Z dymem pożarów, z kurzem krwi bratniej
Do Ciebie, Panie, bije ten głos:
Skarga to straszna, jęk to ostatni —
Od takich modłów bieleje włos.
My już bez skargi nie znamy śpiewu,
Wieniec cierniowy wrósł w naszą skroń:
Wiecznie jak pomnik Twojego gniewu
Sterczy ku Tobie błagalna dłoń.

Patrz, my w nieszczęściu zawsze jednacy:
Na Twoje łono, do Twoich gwiazd
Modlitwą płyniem jak senni ptacy,
Co lecą spocząć wśród własnych gniazd.
Osłoń nas, osłoń ojcowską dłonią,
Daj nam widzenie przyszłych Twych łask,
Niech kwiat męczeński uśpi nas wonią,
Niech nas niebieski otoczy blask!

I z archaniołem Twoim na czele
Pójdziemy wszyscy na straszny bój,
I na drgającem szatana ciele
Zatkniemy sztandar zwycięski Twój!
Zbłąkanym braciom otworzym serca,
Winę ich zmyje wolności chrzest,
Wtenczas usłyszy podły bluźnierca
Odpowiedź naszą: „Bóg był i jest!“

KORNEL UJEJSKI

Cantus choralis.

Incendiorum, sanguinis fumus
  nostrâ cum prece te rogitat:
questus hic saevus, gemitus summus —
  coma precantis hoc albicat.
Nec sine planctu scimus concentum,
  spineo serto frons angitur:
irae divinae ceu monumentum
  iugiter palma porrigitur.

En in adversis semper nos îdem:
  ad Te caelumque confugimus
ut dormiturae aves in nidum,
  prece Clementem compellimus.
Protege tuos manu paternâ,
  gratiam tuam iam resera:
flos passionis aurâ supernâ
  sopi nos, caeli lux circumda!

Archangeloque tuo ducente
  suscipiemus iam proelium
et Satanae in carne fremente
  victor figemus hoc labarum.
Pectus pandemus fratri peccanti,
  luet libertas flagitium:
et respondemus tunc blasphemanti:
  „Erat, est Deus perpetuum!“

Auctore Cornelio Ujejski (1846).

Marsz Dąbrowskiego.

Jeszcze Polska nie zginęła,
Kiedy my żyjemy,
Co nam obca przemoc wzięła,
Szablą odbierzemy.
Marsz, marsz, Dąbrowski,
Z ziemi włoskiej do Polski!
Za twoim przewodem
Złączym się z narodem.

Przejdziem Wisłę, przejdziem Wartę,
Będziem Polakami.
Dał nam przykład Bonaparte,
Jak zwyciężać mamy.
Marsz, marsz itd.

Jak Czarniecki do Poznania
Po szwedzkim zaborze
Dla ojczyzny ratowania
Wrócim się przez morze.
Marsz, marsz itd.

Mówi ojciec do swej Basi
Cały zapłakany:
„Słuchaj jeno, pono nasi
Biją w tarabany!“
Marsz, marsz itd.

Ojczyzna z grobu wstająca
Woła do swych dzieci:

Embaterium Dombrovianum.

Non Poloniast perempta,
donec nos vigemus.
Vi quae nobis sunt adempta,
ense redimemus.
  Eia Dombrovi,
  iam in patriam redi!
  Ducem te sequemur,
  fratribus iungemur.

Vartam, Vistulam transimus,
erimus Poloni.
Bonaparte pandit primus,
quî vincantur throni.
  Eia Dombrovi *etc.*

Loquitur Barbellae pater
dimanante fletu:
„Audin? Feriunt nostrates
tympana! Valeto!“
  Eia Dombrovi *etc.*

Ut Posnaniam Czarniecki
patriam salvare
Suecicam post incursionem
rediit trans mare.
  Eia Dombrovi *etc.*

Patria resurrectura
admonet prognatos:

„Kto mój syn, kto prawy Polak,
Niech do boju leci!“
O matko nasza!
O ojczyzno święta!
My twoje dzieci,
My skruszym twe pęta!

O ziemio naszych pradziadów,
Ziemio krwią ich zlana,
Jużeś nasza, już obcego
Mieć nie będziesz pana.
Do broni bracia,
Do broni, do broni!
Pod świętym znakiem,
Orła i Pogoni!

JÓZEF WYBICKI

Pieśń Filaretów (1820).

Hej, użyjmy żywota!
Wszak żyjem tylko raz:
Niechaj ta czara złota
Nie próżno wabi nas.

Hejże do niej wesoło!
Niechaj obiega wkoło;
Zwiastunkę słodkich chwil!
Chwytaj i do dna chyl

Poco tu obce mowy?
Polski pijemy miód:

„Vera mea genitura
promptus sit bellator!“
  O Parens nostra,
  sanctam te colemus:
  Filii nos tui
  compedes rumpemus.

Tellus sancta, proavorum
sanguine conspersa,
nostra nunc es, externorum
regna sunt eversa.
  Ad arma, fratres,
  ad arma ubique,
  sub sacro signo
  Aquilae Equique!

Auctore Josepho Wybicki (1798).

Cantus Philaretarum.

Ha, vitâ gaudeamus,
nam semel vivitur!
Poclumque hauriamus,
quod hîc porrigitur.

En scyphus ovans micat —
per coetum circinet:
prensa mox et exsicca
fontem laetitiae.

Vox absit aliena —
Polonum mulsum est:

Lepszy śpiew narodowy,
I lepszy bratni ród.

W ksiąg greckich, rzymskich steki
Wlazłeś, nie żebyś gnił;
Byś bawił się jak Greki,
A jak Rzymianin bił.

Cyrkla, wagi i miary
Do martwych użyj brył:
Mierz siłę na zamiary,
Nie zamiar podług sił!

Hej, użyjmy żywota!
Wszak żyjem tylko raz:
Tu stoi czara złota,
A wnet przeminie czas.

ADAM MICKIEWICZ

Alpuhara.

Już w gruzach leżą Maurów posady,
Naród ich dźwiga żelaza,
Bronią się jeszcze twierdze Grenady.
Ale w Grenadzie zaraza.

Broni się jeszcze z wież Alpuhary
Almanzor z garstką rycerzy,
Hiszpan pod miastem zatknął sztandary,
Jutro do szturmu uderzy.

et nostra cantilena
et nostra praestat gens.

Romana, Graeca geris,
non ut computreas:
sed Graece ut ioceris,
Romane ferias.

Aptae mensura, libra
massis inertibus:
vim ideis exaequa,
non mentem viribus.

Ha, vitâ gaudeamus,
nam semel vivitur!
Hunc scyphum hauriamus —
mox tempus labitur.
Auctore Adamo Mickiewicz (1820).

Alpuharra.

Dirutum iacet regnum Maurorum,
natio vinclis ligata:
arces Granatae sunt defensorum,
at pestem subit Granata.

Pugnat Almansor ex Alpuharra
parcis cum equitum turmis:
sed iam Hispanus admovet castra,
cras vi iam impetet turres.

O wschodzie słońca ryknęły śpiże,
Rwą się okopy, mur wali,
Już z minaretów błysnęły krzyże,
Hiszpanie zamku dostali.

Jeden Almanzor, widząc swe roty
Zbite w upornej obronie,
Przerznął się między szable i groty,
Uciekł i zmylił pogonie.

Hiszpan na świeżej zamku ruinie,
Pomiędzy gruzy i trupy,
Zastawia ucztę, kąpie się w winie,
Rozdziela brańce i łupy.

Wtem straż odźwierna wodzom donosi,
Że rycerz z obcej krainy
O posłuchanie co rychlej prosi,
Ważne przywożąc nowiny.

Był to Almanzor, król muzułmanów,
Rzucił bezpieczne ukrycie,
Sam się oddaje w ręce Hiszpanów,
I tylko błaga o życie.

„Hiszpanie — woła — na waszym progu
Przychodzę czołem uderzyć,
Przychodzę służyć waszemu Bogu,
Waszym prorokom uwierzyć...

ADAM MICKIEWICZ

A solis ortu machinae tonant,
fossae sternuntur et muri:
iam minareta cruce coronant
Hesperî triumphaturi.

Unus Almansor suam cohortem
conspiciens trucidatam
fortiter pugnans effugit mortem,
clanculo petit Granatam.

Inter ruinas arcis et stratos
victor Hispanus bacchatur:
apparat cenam atque potatus
trahit captivos, praedatur.

Subito custos ad duces agit
regni primorem ignoti:
nuntios graves ille praesagit,
citius compos fit voti.

Hic est Almansor, rex Mahmetorum:
latebram linquit is tutam,
fidei credit se Hispanorum,
vitam condonent ut putam.

„Ecce, Hispani, ad limen eo
„vestrum, ut victum me dedam.
„Ecce, iam vestro serviam deo,
„vestris prophetis iam credam!

Auctore Adamo Mickiewicz (1828).

Wawel.

Na Wawel, na Wawel,
Krakowiaku żwawy,
Podumaj, potęsknij
Nad pomnikiem sławy.

Dzieje twojej ziemi,
Na grobowcach czytaj,
I wodzów twych groby
Uściskiem przywitaj!

Popatrz się po górach,
Po dołach, równinach:
Niech Polski miłością,
Krew ci zawrze w żyłach.

Tu twych ojców kości
Bieleją z pod sochy;
Tam drgają w powietrzu
Braci twoich prochy.

Przyłóż usta do nich,
Słodycze wysysaj:
Na ich łonie głowę
Do snu ukołysaj.

Do snu ukołysaj,
Niech się przyśnią tobie
Tysiące tysięcy,
Co już legło w grobie.

EDMUND WASILEWSKI

De Arce Cracoviensi.

Regiam hanc Arcem
Scande, Cracovita:
Reputa, suspira
Signa famae ista.

Patrios en fastos
In hoc sepulcreto:
Tumulos heroum
Osculo salveto.

Respice rus, montes,
Valles et amoenas:
Patriae iam amor
Tuas urat venas.

Ossa sub aratro
Hîc albescunt patrum,
Volitant per auras
Cineres hîc fratrum.

Applica os terrae
Et dulcores trahe:
In sinu tuorum
Caput sopi grave.

Caput sopi grave,
somnis cerne pulcris
Millies millenos
conditos sepulcris.

Auctore Edmundo Wasilewski (1835)

Mazur ułana.

Jeszcze jeden mazur dzisiaj
Choć poranek świta:
Czy pozwoli panna Krysia?
Młody ułan pyta.
I niedługo błaga prosi
Boć to w polskiej ziemi,
W pierwszą parę ją unosi,
A sto par za nimi.

On jej czule szepce w uszko,
Ostrogami dzwoni,
W pannie tłucze się serduszko,
A liczko się płoni.
Cyt, serduszko, nie płoń liczka,
Bo ułan niestały,
O pół mili wre potyczka,
Słychać pierwsze strzały.

Słychać strzały, głos pobudki,
Dalej na koń, hurra!
Lube dziewczę, porzuć smutki,
Zatańczym mazura.
Jeszcze jeden krąg dokoła,
Jeden uścisk bratni,
Trąbka budzi, na koń woła,
Mazur to ostatni.

Chorea Masovitica (1830).

Adhuc unam da choream,
licet sit aurora:
Concedesne manum meam?
Eques puellam orat.
Neque diu rogat, petit
virginem Polonam:
eques ipsam fert, excedit
saltantum coronam.

Dulce mulcet auricellam
calcarique tinnit:
angit corculum puellam
et maxilla ignit.
Corculum, non ure malas —
eques infidelis!
Explicat prope iam alas
Agmen, urget telis.

Audin pugnae sonos, aeris?
Equum scande, hurra!
Cara virgo, ne tristeris
choream actura!
Adhuc semel circinando
osclum da supremum:
tuba vocat, equum scando
saltum ad extremum.

Na widecie.

Tam na błoniu błyszczy kwiecie,
Stoi ułan na widecie.
A dziewczyna, jak malina
Niesie koszyk róż.

Stój poczekaj, moja duszko!
Gdzie tak drobną stąpasz nóżką?
— Jam z tej chatki, rwałam kwiatki,
I powracam już.

Oho, próżno twe wymówki,
Pójdziesz ze mną do placówki!
— Ach ja biedna, sama jedna,
Matka czeka mnie.

Stąd Moskale o pół mili —
Pewnie ciebie zamówili.
— Ja nieboga nie znam wroga,
Nie widziałam, nie.

Może kryjesz wrogów tłuszcze —
Daj buziaka, to cię puszczę!
— Ja nie taka, dam buziaka,
Tylko z konia zsiądź.

Jeśli zsiądę, prawo znane,
Za to kulką w łeb dostanę.
— Dość więc chętki, nie bądź prędki,
Bez buziaka bądź.

Fulget arvum flore satum (1831).

Fulget arvum flore satum,
Eques ibi speculatur.
It puella perquam bella
E rosario.

Sta maneque, mea vita!
Quonam cito tendis ita?
— Domo veni, flores legi,
Iamiam redeo.

Ohe, parum dictis credo
Ad praetorem statim cedo.
— O misellam et tenellam,
Mater manet me!

Hostibus pro hîc propinquis
Certe casulam relinquis?
— Proh misella! Nulla bella
Novi hostemve.

Inimicos celas forte?
Basium da, solvam morte!
— Non causabor, osculabor,
Equo desili.

Si descendam, bene nosti,
Morte me mulctabunt nostri.
— Sentis ita? Vale, vita,
Mitte basium!

Niech to życie ma kosztować,
Muszę ciebie pocałować.
— Żal mi ciebie, jak Bóg w niebie,
Bo się gubisz sam.

A jak służbę mą porzucę
I szczęśliwie z bojów wrócę?
— Bądź spokojny, wrócisz z wojny,
To buziaka dam.

Gdzież cię szukać mam w pokoju,
Gdy zwycięzcą wrócę z boju?
— Tam w tej chatce, przy mej matce,
Nad tą rzeczką wzwyż.

A jak zginę, co tak snadnie,
To buziaczek mój przepadnie!
— Wierna tobie na twym grobie
Pocałuję krzyż.

Rozmaryn.

O mój rozmarynie rozwijaj się!
Pójdę do dziewczyny, pójdę do jedynej, zapytam się.

A jak mi odpowie: „Nie kocham cię!“
Strzelcy maszerują, ułani werbują, zaciągnę się.

Dadzą mi konika cisawego,
I ostrą szabelkę, i ostrą szabelkę do boku mego.

Licet vitâ hoc rependam,
Suave basium prehendam.
— Miseresco, deum testor,
Ipse perdis te.

At si bello terminato
Felix domum redux vado?
— Fausta tibi! Si redibis,
Osculabor te.

Ubinam te bellam quaeram,
Victor bello cum revertam?
— Hoc sub lare me scrutare,
Hoc in rivulo.

At si mortem nunc occumbam,
Basiabo quî columbam?
— Tibi fida osclum figam
Cruci, tumulo.

Rosmarinus.

O mi rosmarine, accrescito!
Vado ad dilectam, vado ad electam, quam rogito.

Si respondet mihi: „Non amo te!“
Cogunt cataphracti, feruntur coacti — his dabo me.

Mihi dabunt equum castaneum,
lateri acutum, lateri acutum gladiolum.

Dadzą mi buciki z ostrogami,
I siwy kabacik, i siwy kabacik, z wyłogami.

Dadzą mi manierkę z gorzałczyną,
Ażebym nie tęsknił, ażebym nie tęsknił za dziewczyną.

Pójdziemy z okopów, pójdziem na bagnety
bagnet mnie ukłuje, śmierć mnie pocałuje, ale nie ty!

Strzelcy.

Hej tam pod lasem coś błyska zdala:
Banda strzelecka ogień rozpala.

Wiara obsiadła ogień dokoła,
Leci na pola piosnka wesoła.

Leci na pola, leci na łany,
Śpiew nasz strzelecki, śpiew nasz kochany.

Śpiew krwią i śmiechem tkany obficie,
O nucie twardej, jak nasze życie.

Wojenka.

Wojenko, Wojenko, cóżeś ty za pani,
że za tobą idą chłopcy malowani?

Chłopcy malowani, sami wybierani,
Wojenko, Wojenko, cóżeś ty za pani!

Caligasque dabunt, calcaria
caerulamque pallam, caerulamque pallam, insignia.

Dabunt et cremati laguncularn,
ardeam ne nimis, ardeam ne nimis virgunculam.

Ex fossis educunt in spicula,
spiculum me ferit, mors me secum feret, — non
[tu, cara.

Cantus velitum.

Ohe, sub silvâ quid longe splendet?
Velitum manus ignem accendit.

Sedit caterva hunc circa focum,
suscitat laeta cantum et iocum.

Volat in campos, volat in rura
velitum carmen, cantio pura.

Sanguine cantus et ioco pictus,
sono subduro, ut noster victus.

Bellula Bellona.

Bellula Bellona, domina tu qualis,
floridos puellos quod prae cunctis mavis?

Floridos puellos prae cunctis electos,
bellula Bellona, cur habes dilectos?

Na wojnie różnie jest, kto Boga uprosi:
żołnierze strzelają, Pan Bóg kulę nosi.

Lecą kule lecą, lecą kule żwawo,
która cię dogoni, to zapłacisz krwawo.

Wojenko, Wojenko, jakaś ty szalona:
kogóż ty pokochasz, jesli nie leguna?

Jeśli nie leguna, jeśli nie piechura,
a za tobą idzie dzielnych chłopców chmura.

Jeśli nie piechura, jeśli nie ułana,
Wojenko, Wojenko, nasza ukochana.

Wojenko, Wojenko, szanuj swych rycerzy,
kto ciebie pokocha, w zimnym grobie leży.

W zimnym grobie leży, zdala od rodziny
A po nim zostanie rzewny płacz dziewczyny.

Pierwsza brygada.

Legjony to żołnierska nuta,
legjony to straceńców los,
legjony to rycerska buta,
legjony to ofiarny stos!
My, Pierwsza Brygada,
strzelecka gromada,
na stos rzuciliśmy
swój życia los
na stos, na stos.

Varia sors belli, quam quis deum orat:
milites emittunt globos, Deus portat.

Volant globi, volant, volant suo more:
quisquis te continget, tinget te cruore.

Bellula Bellona, quantum insanisti!
Praeter Legiones nullos dilexisti.

Nullum dilexisti nisi nostrum agmen:
ambit te gnavorum iuvenum examen.

Peditum amat te, equitum caterva:
bellula Bellona, sponsa, nos conserva.

Bellula Bellona, tuos fidos fove:
quisquis te dilexit, atrâ iacet scrobe.

Atrâ iacet scrobe, nec suos videbit:
vidua puella eum domi flebit.

Embaterium Primae Catervae.

Legiones — clangor militaris
legiones — damnatorum sors,
legiones — fastus Martialis,
legiones — hostiarum mors.
Nos, Prima Caterva
fidelis, proterva,
en nos
sacramus holocausta nos
totos, totos.

O ileż mąk, ileż cierpienia,
O ileż krwi, wylanych łez,
Pomimo to — niema zwątpienia,
Dodawał sił wędrówki kres!
My, Pierwsza Brygada *itd.*

TADEUSZ BIERNACKI

Marsz sokołów.

Ospały i gnuśny, zgrzybiały ten świat —
Na nowe on życia koleje
Z wygodnej pościeli nie dźwiga się rad,
I dusza i ciało w nim mdleje.
Hej bracia sokoły! dodajmy mu sił,
By ruchu zapragnął, by powstał i żył.

W niemocy, senności i ciało i duch
Napróżno się dźwiga i łamie;
Tam tylko potężnym i twórczym jest duch
Gdzie wola silne ma ramię.
Hej bracia! Kto ptakiem przelecieć chce
[świat,
Ten skrzydła sokole od młodych ma lat.

Więc dalej ochoczo w daleki ten lot
Sposobić nam skrzydła dla ducha,
Nie złamie nas burza, nie strwoży nas grzmot,
Gdy woli siła posłucha.
Hej bracia sokoły! dodajmy mu sił,
By ruchu zapragnął, by powstał i żył.

JAN LAM

Dolores quot, quot cruciatus,
cruoris quantum, gemitus!
Nec tamen unquam haesitamus,
nam vires dat spes exitus.
Nos Prima Caterva etc.
Auctore Thaddaeo Biernacki, 1918.

Embaterium Falconum.

Ignavus et deses mundus senuit,
Ad novas hic semitas vitae
Non facile suetis de callibus it,
Et animum, corpus elidit.
Huic, fratres Falcones, demus robur trux,
Ut gestiat motum, effulgeat lux!

Iners, sommolentum corpus, animus
Incassum confligit cum morte:
Nam illi solique potens animus,
Volenti cui brachium forte.
Ha, fratres, qui mundum victor subiget,
Iam puer falconis alas applicet!

Pergamus alacres longinquum cursum,
Paremus ut animo pennas,
Nec oppedient turbae fulminum,
Dum vis voluntatis intensast.
Huic, fratres Falcones, demus robur trux,
Ut gestiat motum, effulgeat lux!
Auctore Ioanne Lam.

Złoty róg.

Miałeś, chamie, złoty róg
Miałeś, chamie, czapkę z piór —
Czapkę wicher niesie,
Wiatr huka po lesie.
Ostał ci się jeno sznur,
Ostał ci się jeno sznur.

STANISŁAW WYSPIAŃSKI

Wieczorny dzwon.

Wieczorny dzwon, wieczorny dzwon,
jak słodką myśl obudza on
o wiosny mej czarownych dniach,
gdy serce to w malownych snach
gorzało tak w modlitwy czas,
gdym słyszał dzwon ostatni raz.

Serdeczny zgasł już zapał mój
jak sennych mar pieszczony rój.
nie ujrzę ja, nie ujrzę już
tej wiosny mej edeńskich róż.
nie wskrzesi ich już żaden ton,
nie zbudzi ich wieczorny dzwon.

I coraz ach, co każdy dzień,
jak cichy dźwięk dalekich pień,
pamiątek głos już słabiej brzmi,
i słabiej skra istnienia tli,
zagaśnie ach, i nowy skon
ogłosi wam wieczorny dzwon.

De cornu aureo.

Cornu, barde, aureum
Et cum pennis pileum
Turbo secum tulit,
Ventus silvâ mugit.
Restis tibi restitit,
Restis sola restitit.
Auctore Stanislao Wyspiański.

Campana vespertina.

O vesperi campanula,
Quae revocas tu somnia!
Puelluli reducis ver,
Ignivit cum et deifer
Suppliciter procubuit,
Campana cum personuit.

Evanuit ardorum vis
Somnorum cum phantasmatis,
Et nunquam iam percipiam
Aetatulam hanc splendidam:
Reducitur ver aureum
Campanae nec per sonitum.

In dies, heu, debilior,
Ceu cantio remotior,
Vox resonat memoriae,
Vanescit et vis animae.
Et disces, heu, me mortuum
Campanae mox per sonitum.

Przepióreczka.

Uciekła mi przepióreczka w proso,
A ja za nią nieboraczek boso;
Trzeba mi się pani matki spytać,
Czy pozwoli przepióreczkę schwytać.

— A chwytajże, mój syneczku, chwytaj,
Jeno się jej pióreczek nie tykaj;
Nie chwytaj jej za te złote piórka,
Bo to moja ukochana córka.

A jakże ją, pani matko, chwytać,
Żeby się jej pióreczek nie tykać?
— Trza zastawić, mój syneczku, sieci,
to ci sama przepióreczka wleci.



De coturnicella.

Avolavit mî coturnicella,
Nudipes misellus quî hanc pellam?
Domnam matrem debeo precari,
Liceatne volucrem sectari.

— Prende, mi puelle, assequaris,
Alas dummodo ne contrectaris,
Ne palparis pennulas auratas,
Filia nam mea haec amatast.

Domina matercula, quî prendam,
Avicellae ni contingam pennam?
— Laqueos, mi fili, tunc parabis,
Ipsa his coturnix involabit.



CARMINA POLONA.

I. RELIGIOSA:

II. HISTORICA:

III. VARIA: